



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Metus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

mine hæresis possunt cognosci ab Inquisitoribus tam generalibus, quam particularibus, dummodo illorum superiores non prævenerint. Pius IV. 66. *que incipit, Pastoris.*

Decimo secundo, an Monachorum appellatione veniant Canonici regulares in odiosis? Respondetur, quod non, Navar. in c. nullum, 18. qu. 1. com. 3. mon. 12. num. 40. & in cap. statuimus, num. 1. & 2. 19. quest. 3. nec possunt transire Canonici regulares ad Monachos, cap. Mandamus, 20. q. 3. Vide Gem. in c. ex eo, §. in Ecclesiis, ver. oppono, de elect. l. 6.

Decimo tertio, an Monachi possint vesci carnibus? Respondetur, quod non, cap. carnem, de consec. d. 5. nisi in mensa Episcopi, gloss. ibi in ver. servato, & non solum in mensa Episcopi, sed Principis, gloss. ibi, & Jo. de Selua tract. de benef. 4. par. quest. 7. nu. 24. Principes intellige Cardinales, vel non recognoscens superiores, ex communi usu loquendi.

Decimo quinto, an superior possit capere regularem, ubicumque fugientem? Respondetur, quod sic, Navar. loc. cit. num. 50. not. ab. 16. sicut vir uxorem, dominus servum, & ancillam, etiam antequam moneatur, & citet eum sub pœnis, & censuris, idem loc. cit.

Decimo quinto, Regulares non possunt ex privilegiis, & præsertim ex illo, quod Mare magnum appellatur, eis concessis absolvere quenquam à casibus, quos sibi reservavit Episcopus, ita Sac. Congr. in terminis declarat. 518. Metus verò ex privilegiis, in quibus de

iis fit expressa mentio, vel concessis, vel confirmatis potest, sac. Conc. Trid. prout dictum est in ver. absolutio, §. 1. & in pract. mea pœnit. cap. 24. q. 9.

Decimo sexto, Monachi si habeant aliquam Ecclesiam, in qua habeant jus patronatus, an possint illam sibi appropriare, vel in ea novum censum imponere, vel antiquum augere? Respondetur, quod non, Clem. un. §. eandem, de suppl. neg. pralat. H. st. in sum. tit. de sup. negl. pral. §. quot modis, num. 3. juxta finem.

Decimo septimo, Religionis ingressus non liberat ab irregularitate omni, sed solum ab ea, quæ provenit ex illegitimitate, immò nec propter hanc ad probationes, dignitates, & gradus, Navar. in c. non dicatis, num. 6. 22. quest. 1. vide Bull. Sixti V. de illegitimitis.

M E T U S.

Metus, quando excusat à revelatione excommunicationis, etiam ipse metuens habuerit partem illius, de quo fit excommunicatio, vide Nav. in cons. 2. de test. cogend.

MISERABLES PERSONÆ.

Miserables personæ cæteris aliis creditoribus præferuntur pro eorum creditis, usque ad summam ducatorum quinquaginta. Pius V. Bull. 190. & possunt convenire laicos coram Judice ecclesiastico ob negligentiam Judicis sæcularis, c. ex tenore, de for. com.